positivam excludit identitatem cum alio ente, sed excludere identitatem cum alio ente est ab illo distingui: ergo cum per suam entitatem positivam distinguatur realiter ab alio ente. Minor probatur, quia cum non identificari cum alio, et ab illo distingui sint formalissime idem. Probatur maior: quia cum per suam entitatem positivam est id, quod est: ergo per suam entitatem positivam excludit identitatem cum alio ente. Probo consequentiam, quia esse id, quod est, est excludere identitatem cum alio, si enim esset aliud non esset id, quod est. ergo si petrus non excluderet identitatem cum paulo, et petrus esset aliquid aliud, esset enim paulus, esset ergo ens impossibile, sed per suam entitatem positivam petrus est petrus, et non paulus: ergo per suam entitatem positivam excludit identitatem cum paulo, ac proinde per suam entitatem positivam distinguitur a paulo etc.

Quia ratio, qua praeciso omni intellectiva petri, et pauli, et quocumque alio secluso, intellegitur petrus non esse paulus: ergo intellegitur distinctio realis petri a paulo. probatur consequentia: quia distinctio realis petri a paulo est id, per quod petrus non est paulus. antecedens probatur: quia praecise istis illorum entitatibus positivis intelligitur petrus: ergo intelligitur petrus non esse paulus, nam petrum esse petrum est petrum non esse paulum: si enim esset paulus non esset petrus. Confirmatur iterum: quia petrus per suam entitatem positivam secluso quocumque alio est similis paulo, et dissimilis equo: ergo per suam entitatem positivam secluso quocumque alio distinguitur a paulo, et ab equo. probatur consequentia: quia similitudo, et dissimilitudo sine distinctione reali non potest intelligi. Denique probatur omnia probata: quia distinctio realis est adequate extrema realiter a parte rei, sed nulla ratio exhibet realitatem a parte rei: ergo nulla ratio distinguit extrema realiter, ac proinde haec distinctio est in concepto adequate positivo.

Cum hoc tamen stat, distinctionem realem a nobis explicari per rationem formalem, et logicam; dicimus enim distinctionem esse id, per quod unum non est aliud tale, vel unum a se non distinguitur. hoc autem non probat distinctionem esse quid negativum: plura enim, quae in se positiva, et realia sunt

amorofo p complexum ; seu vocis nativae opponunt, et hoc solum probatur arguitur, quia non proprie[?] adhuc tollere, verum ostendo

## Sectio 2a

## Oppositis rationibus satisfacit.

Arguunt 1o, distinctio realis ponenda est cum complexum, quod summe opponatur identitati, sed complexum, quod magis opponitur identitati est ratio identitatis: ergo distinctio realis ponenda est cum ratione identitatis. Maior probatur: quia distinctio, et identitas summe opponuntur: distinctio enim est non esse identitatem; ergo distinctio debet cum complexu summe opposito identitati. Respondeo distinguendo maiorem: distinctio realis ponenda est in complexu quod summe opponitur oppositione logica, concedo maiorem; oppositione physica, nego maiorem. Itaque distinctio est negatio identitatis, haec autem negatio est negatio realis, et logica, quia per illam non explicatur aliquod complexum nativum obliquum, sed entitas positiva rei, quae per se primo non habet identitatem cum alio ad quem dicitur distincta, et identitas repugnantia complexum non opponuntur, sed potius est sibi contradictoria, quod Petrus identificetur secum ipso, et quod distinguatur a Paulo: complexum per distinctionem, et identitas vel obliquam[?] haec autem oppositio obliquae contradictoria stat in eo, quod distinctio Petri a Paulo est ens reale, identitas vero Petri cum Paulo est ens impossibile, et Chimaericum.

Arguunt 2o: ideo Petrus distinguitur a Paulo, quia Petrus non est Paulus, sed Petrus non esse Paulum est complexum negativum: ergo in complexu nativo consistit, quod Petrus distinguatur a Paulo. Respondeo concessa maiori, distinguendo minorem; Petrus non esse Paulum est complexum realis, et logice nativum, concedo minorem est complexum physice, et obliquae nativum, nego minorem. Complexum[?] praedicamentalis[?] ... quod Petrus non est Paulus est ipsa entitas Petri, et eius praedicata essentialia, quae sunt ipsa distinguunt a Paulo, excluduntque identitatem cum illo hoc autem complexum est ipsa esse distinctum, quod praedicat

in sensu contradictorio, non verificatur ipsa affirmativa petrus est paulus, & identitas inter utrumque, quoniam impossibilis est contradictoria: & verificatur ipsa negativa equivalenter explicabilis, sive non positiva.

Argumentum 3o. distinctio realis consistit in eo, quod unum excludit aliud, sed unum potius non excludit seipsum ab alio per aliquid positivum: ergo distinctio realis non consistit in positivo. Maior patet: quia excludere aliud est non esse illud, seu distingui ab illo. minor probatur: quia unum non excludit per aliquid positivum, sed per negationem, & lux non excludit per qualitatem positivam sed per carentiam lucis: ergo nihil positivum excludit per aliquid positivum. Ad hoc negando maiorem distinguendo minorem: unum non excludit seipsum ab alio, quoad identitatem concedo, nego minorem, quoad existentiam, substantiam, omitto. ideoque dicendum est ad illam probationem. itaque quamvis ego non excludit existentiam propriam unius propter unum sibi sine illo non existere; excludit tamen seipso identitatem cum paulo, quia per seipsum habet non esse paulum, seu distingui a paulo.

Quaeres 2o an inter entitates mere possibiles detur distinctio realis? Resp., dari distinctionem realem conditionatam, non absolute. probatur, quia eatenus datur ... conditionata, seu ista distinctio realis inter entibus, sed quando entitates sunt mere possibiles, non datur absolute, sed solum conditionate distinctio realis: ergo quando entitates sunt mere possibiles, non datur absolute, sed solum conditionate distinctio realis. Maior patet ex dictis, quia constitutivum distinctionis realis est ipsa entitas positiva, sed quando entitates sunt mere possibiles, non datur absolute, sed solum conditionate entitas positiva: ergo etc.

Quaeres 3o, an distinctio realis consistat adaequate in ente tantum illorum, s. ... Resp., distinctio realis sumpta adaequate consistit in ente, quod dicit distinguitur. probatur: quia distinctio ita sumpta convenit omni enti

reali, sed quodlibet inter extrema, et adaequate est ens.
quod quodlibet independenter ab alio dependet tantum ab
alio. Pro 2°: dicunt fragmentarii sumptam distinctionem in
utroque extremo distincto; hoc est quia distinctio sumpta quod
unum ens sit aliud simile in ratione distincti: sed similitudo consti-
tuitur essentialiter in utroque extremo, ut ex aliis dictis constat
quod distinctio sic sumpta consistit in utroque extremo.

Arguo-
gas 3° an distinctio modalis sit vera, et realis distinctio;
dicitur distinctio modalis esse, quae versatur inter duas entitates
modales, aut inter extremum modale, et extremum ab-
solutum, eius opposita distinctio dicitur distinctio realis, quae versa-
tur inter entitates absolutas. Pro ipsa est realis distinctio
quia est illa, quae dicitur distinctio realis: hoc est quia
cum non adsit, et separatione verum dicere, quod entitas
modalis non est entitas absoluta, et quod haec entitas modalis
non est illa, et vice versa, sed magis est quod
versabatur unum non esse aliud est distinctio: quod datur distinctio cum non
adsit, et separatio inter entitates modales, et inter
entitates modales, et absolutas.

Arguo tandem quo pacto
dispuunt naturae, et non entitates sunt impedimenta, et non
entitatem distingui inter se realiter, quam inter se sunt, quam in-
dependenter dare simillis distinctio realis. Hoc est, quia ut ex dictis
constat, distinctio est negatio inter entitates, quae dispuit. Sed quod
illa entitas non est realis, distinctio illius ab aliis non provenit
ex realitate. dispuuntque possunt obtinere quantum obtinuit
huius vocis homo equus non est obtinuit horis hirlotor-
vus

Ultima hic, et omnium gravissima abaligenis
methaphysica communis dispuit de ente perfectissimo
scilicet de Deo, sed hoc est opere amplissimum dissere-
re adquirimus asseruimus theologia sub nomine tract

in cuius [illegible], s. ut in operationibus nostris longa
[illegible] navigatio via adduxit, non totius [illegible]
cursus ac [illegible], et exoptatas metas in finem [illegible]
[illegible] [illegible], et utilitatis accessione ad se [illegible]
adolescentes optimo. Utinam labores mei, vigiliis tanto
vobis usui, et emolumento sint, quanto ea semper
optavimus.
Faxit Deus in cuius honorem et laudem [illegible]
laboris, et [illegible] omne impensum est: [illegible]
et in laudem Beatae Virginis Mariae
ab ori. culpa semper immuni
meum [illegible] et tu
[illegible] mei filius
Ignatio de
iola
Hispali decima quarta die Maii anno
a nativitate Domini millesimo
sexcentesimo septua
gessimo

Scripsit D. Joannes Beatriz de Vega

# Quaestio unica
## in qua disputatur de subsistentia compositi.
## Sectio 1a
## Exponuntur praemittenda circa naturam subsistentiae.

Quaestio haec metaphysica est et difficillima: subsistentia enim non nisi ex effectibus sibi intrinsecis nota nobis est, quamvis ad perfectionem corporis seu compositi naturalis cognitionem maxime conducat, nec non ad discussionem aliarum difficultatum quae passim in physica occurrunt, agemus tamen de subsistentia breviter [illegible], praesertim cum adeo nos temporis angustiae premant, ut caveant alii omnia in metaphysica recurrentes, et praetermittentes; ubi autem ad metaphysicam devenient nobis, et impedimentibus temporis angustiis obessi [illegible] quomodo fide se ea solvunt. Praemitto ergo 1o: in hominibus dari subsistentiam, quod nobis dictat ex mysterio incarnationis; scimus enim, humanitatem Christi Domini assumptam esse a verbo, eamque humanitatem non subsistere per subsistentiam humanam, quam in subsisteret, si a verbo assumpta non esset. Ex homine autem philosophamur ad ponendam subsistentiam in aliis substantiis saltem completis ut in Angelo, aut in equo in quibus eadem ratio ac in homine. =

Praemitto 2o: subsistentiam esse genus, seu rationem communem ad personalitatem, et ad meram suppositalitatem; personalitas est propria naturae rationalis, constituitque personam: mera suppositalitas est propria naturae irrationalis, constituitque suppositum; utraque tamen constituit naturam subsistentem; est autem persona, ut ex Boetio cum Divo Thoma, et theologi definiunt rationalis naturae individua substantia. Unde merum suppositum hac ratione desinit irrationalis naturae individua substantia. Quid autem intelligendum sit per verba illa individua tota substantia huius quaestionis labor [illegible] quem nunc tamen, quod persona, aut suppositum debet esse substantia individua, hoc est, divisa a quolibet alio, seu non unita alteri substantiae, si enim una substantia non fuerit alteri unita dicetur non unita alteri substantiae, si enim una substantia non fuerit alteri unita dicetur individua, seu subsistens in se, quod si alteri substantiae uniatur, non erit individua in hoc sensu nec subsistens in se, sed in alio. ita haec

humanitas Christi unita verbo non subsistit in se, sed in verbo: quomodo autem hoc intelligendum sit quaestionis de causa constabit.

Dico

2o subsistentiam non esse eius singularitatem. Constat ex mysterio incarnationis, quia natura humana assumpta a verbo est natura quaedam singularis humana, et tamen non est subsistentia humana, alioqui in Christo daretur duplex subsistentia, duplex persona, alia humana, alia divina, quod est haereticum. Unde etiam constat compositum non esse idem cum supposito, ut Durandus, et alii docuere, et attenta parte rationis subsistentiam posse, esse cum ex notitiis revelatis, nam quandoque est dicto aliqua ratione inter compositum, et suppositum: quia humanitas Christi Domini est compositum quoddam ex materia, et anima unitis, quod compositum assumptum est, et unitum fuit verbo, non tamen assumptum, neque unitum fuit verbo suppositum humanum: ergo compositum humanum, et suppositum humanum aliqua ratione distinguuntur. Suppositum ergo includit compositum: quia potest dici compositum, addit subsistentiam.

Dico

4o. hoc aliud sumi personaliter, sive ut significat personam, aliquando vero naturaliter, sive ut significat naturam humanam compositam ex materia, et forma, et unione, unde quando dicimus hoc esse assumptum a verbo, solum intendimus, quod assumpta sit natura humana, sive materia, et forma sit ... ratis unitae. Non autem, quod assumpta sit subsistentia humana, hoc enim in Deo non datur. Ex hoc constat, quam immerito sive ... antiqui docuerint subsistentiam esse totalitatem, singularitatem, et adaequate constituere compositum: quia subsistentia non potest constituere compositum physicum in ratione totius, sed solum in ratione personae aut subsistentis. Etenim admissa totalitate dicta, ea totalitas deberet assumi a verbo, a quo assumptum est totum hoc, seu totum compositum humanum; non tamen assumpta fuit subsistentia humana: ergo adhuc admissa ea totalitate non potest dici, quod talis totalitas sit subsistentia. =

Dico 5o. persona, seu esse Divinae ... habere personas, dari haec subsistentias, et completam personalem, quam

Theologi relationes appellant, late in ma Determinatione exponunt: eas relationes seu proprietates in Deo ponunt ut una persona distinguatur ab alia. cum in natura Divina sint tot perfectiones absolutae, personis omnibus communes, quod Deus in quolibet persona aliquid peculiare distinctivi habere videtur ana Divina: et hae de causa proprietates dicuntur subsistentiae quae vere est ultimus terminus, et distinctivus uniuscujusque personae, ut unaquaeque una persona divisa ei, et distincta ab alia, et subsistens in se. praecipue igitur dispositio, an etiam in creaturis debeat aliquid poni terminus, quo pertinent ad constitutionem earum, seu compositionem, per quod propria sint subsistens, aut persona: et, an in hoc praecipue maxima et vera, quae ad constitutionem rei humanae spectant, aliquid aliud debeat poni quod primus et constituat in ea personam?

Sectio 2a

# Actiones personales Rejiciuntur.

Communior

Ut ita ergo supposita, et persona etiam in creaturis addere aliquod positivum distinctum a natura, seu a composito, ut in ipsa praecipue maxima, et vera (adde etiam cum aliquibus totalitatem) dari aliud ens positivum, quo sit subsistens, per quod primus constituatur in ea persona et haec ita describi possunt in Arriaga disputatione methaphysica sectio 11 sub sectione 2a et post appellationes singulorum huius auctorum dicunt in explicatione huius entitatis positivae supra alios, in quo omnes qui ponunt huius entitatis munus, et ultimus terminus absolute, scilicet modus? varios dicendi modos proponam, et quod in omni quod explicat aurisque attingam. —

Prima ita ait cum argentina, huius[?], aliisque antiquiorum subsistentiam esse carentiam subsistendi aliis. sed ita est 1o: quia humanitas Christi Domini subsistat aliis, hoc est recipit actiones: sed in hac substantiae quae subsistentia non est carentia subsistendi aliis, sive recipiendi actiones. nec dicatur praestitisse quia charactery in hac subsistentia humana, id divina. Divina autem subsistentia non ponit esse in se talis recipiendi actiones. 2a est 2o: quia subsistentia substantiae aliis: etiam dicimus quantitati, immo quilibet accidens

subsistat suae unioni, et suae ubicationi, ut fert communis sententia. Et tamen nec quantitas, nec aliud accidens habet subsistentiam: ergo substantiare accidens non convenit subsistentiae. Dices 3o: quia est ratio formalis substandi est esse ultimum substrati ens, hoc, sed unio non est subsistentia: ergo subsistentia non est ratio formalis substandi. Nec obstat in humanitate Christi. Imo vero probat, quia ratio formalis substandi est ratio formalis terminandi accidens, sicut est receptio in subiecto; sed nobis explicant, quid sit esse rationem formalem substandi accidentibus id rationem formalem cur subiectum recipit, sicut est receptio in subiecto et unio: ergo etc. Tandem haec ratio formalis non potest convenire omnibus subsistentiis, quia subsistentiae divinae nulli accidenti possunt substantiare. —

Quarta

quam Caietanus et cum eo plures Thomistae defendunt, affirmat subsistentiam esse rationem formalem existendi. Sed contra 1o: quia omnia, quae in rerum natura dantur, existunt; et tamen non omnia subsistunt: ergo existere et subsistere non est idem: ergo subsistentia non est ratio formalis existendi. Contra 2o: quia humanitas Christi producta a Verbo existit, est in natura, et est extra causas, et extra suam potentiam, et tamen quia producta a Verbo non habet subsistentiam, aliqui habent propriam subsistentiam: ergo etc. 3o contra: quia haec ratio, sicut et productio non distinguit subsistentiam ex opposito, a quo distingui debet, ut probavimus supra ante; quia unio, scilicet existentiae oppositi non distinguit satis adaequate ab opposito.

Quinta

defendit ab Augustino Vernal disputatione 12 de incarnatione sectione 1a asserens subsistentiam esse productionem, sive actionem productivam rei substantialis independentem ab alieno supposito. Contra quam est 1o: quia non explicat id, quod explicare debebat: quaerimus enim quid sit subsistentia, et assignat esse productionem independentem ab alieno supposito: cum autem suppositum ut tale constituatur per subsistentiam, idem per idem explicat: eodem prorsus pacto, ac si quis diceret formam esse entitatem, quae non potest esse in materia simul cum alia forma: hic verum diceret, non tamen exponeret quid sit forma. Contra 2o: quia productio humanitatis Christi Domini non est de facto subsistentia illius, neque erat causa quo non assumeretur a Verbo. Probatur causa, quia productio humanitatis illius nullum habet praeter esse, quod non haberet causa quo a Verbo non assumeretur

Cq go: quia subsistentia non est aliquid positivum debet esse complementum 148
substantiae; supponunt enim subsistentiam constituendam, sed actio productiva non su-
pponit suppositum constitutum: ergo non est subsistentia. Sub 3a 40 ex modo
ejus terminatus, quia productio activa verbi non est subsistentia verbi, sed
potius subsistentia patris: ergo productio activa [illegible] non est subsistentia
creaturae. Ea [illegible] operatione [illegible], qua etiam [illegible] author hujus
[illegible]. tandem creatio Angeli s. est ipse met Angelus, s. volitio Dei
[illegible], unde s. subsistentia angeli non distingueretur a [illegible] s. angelus
subsistit per aliquid divinum [illegible].—

4a sententia est [illegible] aliorum [illegible]

Qui ipse dist. 32 c. 40: defendit subsistentiam esse entitatem propo-
dentem naturam in incommunicabilitate alteri, cum quo unum per se constituit.
Hanc sententiam communiter moderni sequendam [illegible]: nam fere omnes dicunt, propri-
etatem subsistentiae esse quod reddat non incommunicabilitatem alteri. hoc autem
de ea subsistentia verificari non posset, quia subsistentia alterius non reddit
omnino divinum incommunicabilem filio, propterea subsistentia filii [illegible]
personam filii aliquo ut constituat unum per se cum natura humana. denique
ipsa natura humana habet subsistentiam verbi poterat sibi [illegible]
[illegible] alterius ut docent theologi, et cum ea subsistentia constituerit aliud
suppositum illa natura humana: ergo non subsistentia reddens, quam
[illegible] incommunicabilitatem alteri, et haec sit [illegible] hujus sententiae im-
pugnatio.—

Da etiam 20. quia natura humana potest [illegible] et
independentem a quolibet dicto est incommunicabilitatem alteri extre-
mo substantiali saltem naturae: est enim completum: ergo non requirit alia
[illegible] dicta a natura, quia illa reddat incommunicabilitatem alteri
cum quo componat unum per se.—

Quod si dicas hanc incommunicabi-
litatem esse in ordine ad propositum absolutum. Dico est. quia natura humana
potest esse cum ea entitate positiva, quam vocas subsistentiam, po-
terit saltem divinitus uniri cum alia substantia: ergo constituet unum
per se cum illa. [illegible] non nisi [illegible] [illegible] [illegible] posset. 3a [illegible] 30.
quia [illegible], quia homo adquirit per [illegible] [illegible]

unus ipse cum partibus materiae praecedentibus, et non acquirunt novas subsistentias: et similiter pars aquae alteri unita constituit unus ipse cum illa, et non acquirit novas subsistentias; alioquin tota materia hominis mutaretur similiter, quoties nutritur homo; et tota maris aqua etiam mutaretur similiter, quoties guttae aliquae in mare influunt: quae subsistentia non reddit rem incommunicabilem alteri, cum quo unus ipse constituant.

Quarta sententia definit, subsistentiam reddere rem proximum operationis principium quatenus est requisitum, aut conditio sine qua non potest operari ita Suarez disp. 34 metaphysicae q. 3 et alii quamplures. Id quia quae plura sunt quae complent naturam in ratione principii operationis, quae non sunt subsistentia, ut patet in approximatione passi, et in virtute [illegible] unde non bene explicat, et quia antiquiores philosophi cognoverunt [illegible] perfectiones ignis in materia [illegible] proxima, qui aliquam subsistentiam cognoverint. Quarto: quia subsistentia Spiritus Sancti non complet, nec constituit tres personas in ratione principii operationis, nam tres personae non operantur ad intra, ad extra non operantur nisi omnipotentia quae una est omnibus personis. —

Alia tandem sententia defendit, et sua est disp. 34 metaphysicae sect. 4, quam alii sequuntur. Fateor non potuisse percipere, quid in hoc puncto doceat eximius Doctor. Omnino non ita exponitur ut asserat subsistentiam reddere rem existentem per se, hoc est independenter a subiecto tanquam a subiecto sustentante. Id vero hanc explicitam est 1°: quia lucidio reddit rem existentem independenter a subiecto sustentante est enim lucidio [illegible] quae independenter a subiecto: sed lucidio non est subsistentia, ut probavimus disp. 3 et sententiam admittit et alii similiter quod non est proprium subsistentiae reddere rem existentem independenter a subiecto sustentante. Disp. 3°: quia materia, et anima Christi Domini existunt independenter a subiecto sustentante, et tamen non habent proprias subsistentias: quare etc. Disp. 4°: quia materia [illegible] composita, et similiter quaelibet natura, immo et Angelus natura sunt, et independenter a quolibet alio, et non dependent a subiecto sustentante: quare ad hunc effectum non est necessarium alia entitas quae sit subsistentia. Tandem natura Divina independenter a qualibet

subsistere ē inlegeare subsi: q n̄ ē proprium subsistens addere naturae individualitatem afferat.

Sectio 3ª

Vera sententia proponitur, et probatur.

Jam tot verum veritate facile quivis intelliget, quomodo explicare debeat subsistentiam, scilicet, si natura per additam entitatem positivam absolutam? quare per dicendum naturam ē ... ipso 23 quaest. unica subsistentiam in creatis nihil addere positionis distinctam a natura, sed solam negationem unionis ad aliud extremum substantiale. itaque quaelibet substantia creata est ... et se subsistens propriae per suam entitatem et per hoc qd n̄ sit unita alteri ... subsistentia ergo natura humana quia non ē subsistens ... qa hec negationem unionis ad naturam humanam pauli; si paulo uniretur ... n̄ esset subsistens in se sed in composito ex utroque resultante. Et hac de causa natura humana Christi Domini n̄ ē subsistens in se propria sua subsistentia humana propter unitam ē verbo, qua unione deficiente, et nihil positionis adderet esset ... illa natura humana, subsistens in se esset persona humana. =

Et hanc sententiam ex multis ... qui huic sententiae subscribunt P. Obadingus disp. 4a de incarnatione sectio 2a. num. 47 afferat se vidisse octo supra triginta scholasticos, qui expresse docent, subsistentiam nihil supra addere in creatis distinctam a natura singulari, et existenti, et qd caput ē huius sententiae opponere meo videri docuit Divus Thomas in 3o dist. 5a q. 1a articulo 3o: ad 3um his verbis. hoc, qd fuit conjunctum ex anima, et corpore ē homo, n̄ propter animam, et corpus, et unionem aliquid positive; sed ex hoc ipso, qd separatim ex anima, et corpore n̄ adjungatur alteri subsistenti in natura composita, sequitur, qd conjunctum sit homo, unde si Christus humanam naturam non assumpsisset deponeret ex hoc ipso esset ... illud conjunctum: huic etiam sic manifeste Theodoretus favet ... cui ... opponebat Nestorius, ē in Christo natura perfecta

cum suis proprietatibus: quia est persona humana; ita Christus pendit, ma-
satis est ad rationem hypostasis ut non componatur cum suis proprietatibus,
sed opportet non esse partem, quia ipsum corpus animatum assumptum est
pars Christi sed certo non est hypostasis. Unde non oportuit mi-
raculosa deducit, quia ut natura non sit pars sufficit, quod
non sit unita, sed ut sit persona, seu hypostasis satis est, quod
non sit pars; quia ut sit persona satis est, quod non sit unita: ergo persona
nil affert distinctum a natura, nisi solam negationem unionis.

Hac 2°
probat potissimum nostra 2°, eo quod nullum sit fundamentum ponendi
in creatis aliquam entitatem positivam distinctam a natura, ut natura dicatur
subsistens. Unde sic arguo: subsistentia solum nobis nota est ex myste-
riis revelatis, sed ergo non ex revelatis est salvari sine aliquo
positivo distincto a natura creata; sed cum sola negatione unionis intrinsecae
ad aliud extremum substantiale: ergo subsistentia nihil aliud positivum
distinctum dicit a natura creata, sed solam negationem unionis intrinsecae ad aliud
extremum substantiale: Maior clare constat, quia sine fundamento non est ponenda
entitas positiva, quod si aliquod est fundamentum maxime ex myste-
riis revelatis, aliunde enim innato nobis lumine esse subsistentia,
quod autem ex notitiis revelatis, nec constat, nec infertur dari
hoc positivum distinctum a natura creata, quod erat minor, quae ex ar-
gumentorum solutione constabit.

Probatur 2° positive: quia praecise
posita natura singulari cum negatione unionis intrinsecae ad aliud ex-
tremum substantiale, ponitur natura subsistens: ergo natura subsistens solum
addit supra naturam singularem negationem huius unionis. Probatur antecedens:
quia posita illa natura, et negatione ponitur natura subsistens in se,
et in se ultimo terminata, et alteri non communicata intrinsece, sed natura
subsistens in se, et ultimo terminata in se, et alteri incommunicata intrinsece
est natura subsistens, ut constat ex omnium locutione: ergo posita
praecise illa natura, et negatione ponitur natura subsistens. Confirmatur, et explicatur
nam quod tabula sit ultimo in puncto A, nil aliud est,
nisi, quod ita sistitur per punctum A, ut non progrediatur ultra

ipsum

q. unus ad aliud pp. sicut ad aliud principium terminus relationis: ergo quod tantum ultimo constituit nihil aliud erit, nisi quod ita distinguat, ut non sit communicabilis subsistentia per unionem ad aliud non, sed ad hoc satis est distantia cum negatione unionis explanda est etc.

Probatur 2° ex definitione personae, nam persona est rationalis naturae individua substantia, sed non est individua quatenus indivisa in se, sicut una, aut singularis, ut constat ex 1a sectione: ergo individua quatenus est divisa ab alia substantia, tunc sic, quod sit divisa ab alia substantia qualibet est formaliter, quod sit separata seu non unita alteri substantiae: ergo persona nihil addit supra naturam, nisi solam negationem unionis ad aliam substantiam. Patet consequentia: quia per hanc negationem sit formaliter separata, seu non unita alteri substantiae. =

Hinc colligo 1° animam rationalem separatam esse subsistentem. Probatur, quia anima rationalis separata est substantia non unita alteri substantiae; id est substantia non unita alteri substantiae subsistit, ergo anima rationalis separata subsistit. Non tamen inde infertur animam separatam esse personam: quia persona debet esse substantia completa, ideoque in definitione personae subintelligitur ex omnium Theologorum sensu, et expositione: anima separata non est persona, licet sit subsistens. Utrumque constat ex Divo Thoma 3a parte q. 75 articulo 2° ad 1um, ubi ait: hoc aliquid potest dici dupliciter uno modo pro quocumque subsistente, alio modo pro subsistente completo in natura speciei: 1° modo excludit inhaerentiam accidentis, et formae materialis. 2° modo excludit imperfectionem partis. igitur cum anima humana sit pars speciei humanae, potest dici hoc aliquid 1° modo, quasi subsistens, non 2° modo. Item ita confirmatur corpore animae separatae, ut significet dicendum est: [illegible] si forma corporea non unita alteri ex 1° modo subsistentiae erit subsistens, non tamen erit suppositum, quia sicut persona, ita et suppositum completum substantiam complectitur. ergo subsistens formaliter est substantia cum actuali negatione unionis [illegible] ad aliam substantiam, suppositum vero, et persona est substantia completa [illegible], sed habens hanc negationem unionis ad aliam substantiam. =

Tandem colligo, in quo sensu verum sit axioma theologorum. actiones sunt suppositorum quod etiam ad supposita † tamquam applicatur, Creata

deducitur ex textu lib. 1° de anima c. 4° ubi ait, actiones sunt compositorum sive singularium: sensus igitur est supposita, composita, et singularia denominari agentia ab actionibus, sive a causalitatibus, non quod quidquid constituit compositum, suppositum, aut singulare debeat causare, et agere, physice, sed quod aliquod individuum, et utcumque suppositum, compositum aut singulare agit physice, et ab illa parte, seu ratione denominatur agens suppositum, aut compositum. ita ut sola anima intelligat physice, tamen ab ea cognitione homo denominatur intelligens. in divinis etiam persona Patris dicitur producens filium, quamvis non sit Pater, et physice producens quod constituit personam Patris, quod etiam suo modo dicitur producto [illegible]. =

## Sectio 4a.

## Argumenta Contraria.

Praecipuum nec invalidum contra nostram doctrinam argumentum desumunt ex mysterio Trinitatis, et Incarnationis, ex illo obiiciunt sic. subsistentia in divinis est aliquid aliud positive non divina, vel paternitas, filiatio, spiratio passiva, quae sunt entitates positivae reales: ergo subsistentia etiam in creatis debet esse aliquid aliud positivum non creatum. [illegible] apparitate tradita, quae saepe nos visitamus de aliorum sententia. Confirmatur: quia persona divina, et humana conveniunt simpliciter in ratione personalitatis, cum sit simpliciter persona, sed persona divina addit aliquid positivum supra naturam: ergo etiam persona humana. =

Ad eo nego antecedens, ratione discriminis est, quia natura divina est aliquid commune per identitatem multis personis, nec per seipsam sola potest facere, quod una persona ab alia distinguatur, ac proinde debet dari in qualibet persona aliquid additum positivum, ut eius una persona realiter non sit alia. Ceterum natura qualibet creata ita est, ut non possit identificari multis personis, unde personae creatae, seu supposita sufficienter distinguuntur ratione naturae, nec alio superaddito indigent: quia ipso eo ipso, quod natura creata alteri non uniatur, manet sine unione[?], et existens, seu subsistens in se, distincta a quolibet alio supposito. Et quidem natura divina non solum una, sed triplici subsistentia positiva terminatur. Unde tamen nullus inferret naturam etiam creatam debere

habere simpliciter subsistentia positiva: quod si filius h[abe]t subsistentia divina sit aliquid additum positive naturae divinae, male deducitur subsistentiam etiam creatam esse aliquid additum positive naturae creatae. ad confirmationem distinguendo maiorem personalitas divina et humana quoad positivum utriusque conveniunt simpliciter in ratione personae concedo maiorem; quoad positivum unius, et negativum alterius, nego maiorem, si si maiorem omittendo praemittitur minorem, cum sua consequentia, quia persona, et negatio possunt convenire simpliciter in aliqua cognitione, non enim repugnat conceptus unius abstractus a positivo et negativo. —

Obiicitur 2o: ex mysterio incarnationis: si minus unita est personalitas verbi naturae humanae, quam natura humana personalitati verbi, sed propter unionem Christi non manet persona humana, quia illa natura unita est personalitati: ergo neque manet in Christo persona divina, quod est impossibile. confirmatur 1o: quia subsistere, et in se sistere et alterius dilatare; sed Verbum non sistit in se, sed potius dilatat humanitatem per physicam unionem: ergo verbum non subsistit sua propria subsistentia. confirmatur 2o a Damasceno: quia ideo Verbum servat propriam subsistentiam, licet uniatur humanitati, quia conservat suam divinam quo stat, et similiter est ultimo humanitati: quia illa natio unita est quod est extrinseca humanitati; ergo etiam humanitas servabit propriam subsistentiam licet uniatur verbo. —

Resp. distinguendo maiorem in Christo manet persona humana, quia illa natura est unita intra personalitati verbi nego maiorem; humanitas ita unitur Verbo, ut per eam unionem mutet intra, unde non stat intra in se, neque in se sistit, sed in verbo, ideoque non in se sed in alio sive verbo subsistit; Verbum unitur absque intra sui mutatione, licet enim unitur et vere unitum sit humanitati, ea unio neque recipitur in verbo, neque mutat verbum, et in hoc sensu ea unio est extra verbo, unde verbum intra stat seipso, et in se sistit, ideoque propriam subsistentiam retinet subsistentiam, et subsistit in se. unde patet ad confirmationem 1am; non subsistere est in se sistere, et alterius dilatari intra: humanitas dilatatur intra verbo, verbum autem solum extra ut explicuimus. ad 2am confirmationem negando maiorem, quia ideo praecise verbum divinum servat propriam subsistentiam; sed quia non pendet alterius ad alterum extremum substantiale sine mutatione in ipso verbo. =

Hoc non potest esse ex iis, quae sequuntur primum

In solutione 2i argumenti, nam subsistentia Divina debet esse aliquid positivum, non autem huma-
na subsistentia, unde subsistentia verbi non intrinsece habet humanitatem, quod est im=
possibile ad hunc esse subsistentiam, non enim potest amittere suam essentiam propriam ad aliud
extremum substantiale. cum autem nulla sit ratio, quae nos cogat ad ponendum in humanitate
aliquid positive supernaturale, posita illa unione non manebit subsistentia creata quae
in natura talis unionem desisti. propter hanc ergo disparitatem praesens naturalia
argumenti, omnino, manet, et movet, quae disparitas facile ad praesentem etiam accomodari
potest. =

Obijcies 3o: Iuxta rationem concilii Nestorius definitum est, verbum esse assumptive personam humanam, sed haec definitio inepta esset, et ridicula si persona humana solum adderet supra naturam unionis: ergo persona humana non solum addit naturam unionem, sed praeterea aliquid positivum. probatur minor, quia definire naturam humanam unitam non habere naturam unionem est definire propositionem identicam et ineptam, quam nullus haereticus vel stolidissimus negare potuisset, ideo verbum non assumpsisse personam humanam per nos, nihil aliud, nisi quod natura humana assumpta non habet naturam unionem ad verbum: patet. confirmatur quod personalitas verbi supplet defectum personalitatis creatae, ergo in humanitate Christi Domini aliquid positivum desit, quod suppleatur a personalitate verbi: quia nihil ~~naturam~~ positivum potest supplere defectum nativum.

+ positivum

Resp. in concilio definitum esse nihil, quod desiderat esse verbum Divinum unitum esse humanitati, et non assumpsisse personam humanam, quod utrumque negabatur a Nestorio, haereticis, quo modo autem ista exponenda sint Theologis relictum est, forte Nestorius credebat subsistentiam humanam esse aliquid positivum supernaturale, hocque positivum durare etiam post unionem ad verbum, aut certe putabat subsistentiam humanam solum esse naturam unionem; negabat enim naturam humanam unitam fuisse verbo ac proinde manebat subsistentia humana. Patres ergo concilii, definiunt non dari in Christo subsistentiam humanam, licet essentiam huius subsistentiae humanae nihil definiunt. nego igitur minorem. ad probationem dicendum propositionem illam esse identicam, et ineptam, illam non esse definitam a concilio, sed istam: natura humana est unita verbo, persona humana non est unita verbo. ita haec propositio homo est homo est identica, et inepta, haec vero est praeclara, et longa homo est animal rationale, sed utraque eandem

veritatem continet. ad confirmationem omissa anti, nego consequentiam, quia natio non redderet eam subsistentem, quam de natura tribuit eam, ea subsistentia positiva verbi: nec aliquid aliud a subsistentia verbi supplet divina hanc humana. =

Obijcies 4o. Persona etiam humana est ens per se, et substantiale, sed ens per se, et substantiale non potest constitui per aliquid nativum, ergo persona humana non potest constitui per aliquid nativum. minor probatur: quia ens per se, et substantiale debet componi substantijs omnibus, idem nihil nativum potest esse substantia, aut ens intimum: ergo nihil nativum potest constituere ens per se substantiale. confirmatur: quia subsistentia creata est complementum substantiae, et ultimus terminus illius; sed natio non potest esse complementum substantiae, neque ultimus terminus illius: ergo subsistentia creata non potest esse natio. Resp. distinguendo maiorem: persona humana est positiva, quod dicit ens per se substantiale concedo maiorem; est nativa, et positiva, nego maiorem: persona humana dicit essentialiter substantiam completam, quae est ens per se, et substantiale. dicit praeterea nationem unionis, quae est cuius, neque est ens per se, neque per accidens, quae natio; neque substantiae, neque accidens. ad confirmationem distinguo etiam maiorem subsistentia est complementum intrinsecum substantiae, et ultimus terminus intrinsecus illius, nego maiorem; est complementum extrinsecum, et ultimus terminus extrinsecus, concedo maiorem: complementum intrinsecum, aut terminus intrinsecus debet constituere eam, cuius est terminus, aut complementum, cum autem natio illam non possit constituere substantiam, ideo non erit terminus intrinsecus, neque complementum intrinsecum illius, sed solum extrinsecum

## Quaestio Ultima
## Cur compositum physicum substantia sit?
### Sectio 1a
### Circa essentiam substantiae compositae sententia

Difficultas nihil habet, quia licet frequentissima sit substantiae et accidentis mentio apud physicos nonnullos vero in metaphysica physicorum horum nominum significationem ignorare. Primus supponimus compositum physicum, et naturale esse substantiam, cuius partes, et constitutiva substantia etiam esse. inquirimus in praesenti, quomodo positum substantia sit,

seu qd sit in subjecto in qua difficultate faciliter longe ab alio-
rum sto, impugnare qm sexcentis aliquid constituere. licet en in-
numera sint substantiarum genera, ea tn ad vnicam communem omnibus
reduci possunt. substa hic sumit(ur) ut opponitur accidenti
seu singularem significat, quod est a ccons physicum est:=

Suppono, inter-
rim nunc existentiam substantiae, et accidentium, de substantiis namque
dubium est; existentiam vero accidentium aliqui sunt, qui vocibus tm
negant, dum dicunt accidentia nihil esse, sed inesse; nec defuit aliquis
qui sensibus accidentibus existentiam denegavit; existentia accidentium
existentia manifeste deducitur ex Sacramento eucharistiae, in
quo conspicimus existere accidentia panis, et vini, quamvis non existat
substantia panis, et vini. haec etiam physica id ipsum probat, quia actus
vitales, quibus omnia conspicimus sunt aliquid a nobis distinctum, existentes
et in nobis, quia quidem actus accidentia sunt. similiter quotidie experimur
Calorem, aut frigiditatem, quod fieri non potest nisi aliquid de novo existat
in manu nostra. illud advenit: sed nihil substantiale potest
existere, adveniens salvo naturali [illegible] completo: ergo haec omnia sunt
accidentia, vereque existunt.

Igitur substantia communiter definitur ens per se, accidens
vero ens in alio. sed hae voces sunt valde aequivocae sunt, et in
multis, easque diversissimas expositiones trahunt, praesertim quia
multae res, quae substantiae sunt in alio sunt tamquam in subjecto, et
aliquo etiam subjecto dependent non minus quam accidentia, quare tenenda
nobis est illarum vocum clara expositio, quae omni substantiae, et nulli accidenti
conveniat. Quidam cum aliquibus Recentioribus substantiam ita esse defi-
niendam est principium nale operationum immanentium dicitur autem
operatio immanens effectus, scilicet actus, qui manet in sua causa, aut
proprio operante. haec immanentia potest esse scilicet per identitatem actus
cum suo principio, scilicet per unionem, et receptionem intrinsecam in illo, ut
latius explicabimus lib. 10: physicorum nota: in hac definitio-
ne solum requiri ad rationem substantiae, quod sit saltem inadaequate
principium nale operationum immanentium, hoc est, quod sit aliquid de

constituens realiter tale naturale principium. est igitur subiectum quod per se potest ipsum aliquem effectum, seu actum producere, et etiam quod realiter est principium, scilicet constitutivum huius principii ipsius aliquid producentis, unde accidens, quod ex contrario opposito exponi debet; ita definitur id quod non potest esse naturale principium operationis immanentis, hoc est quod ipsum non potest naturaliter producere aliquem effectum, aut actum, nec potest constituere tale principium naturaliter ipsum aliquid producens.

Huius explicationis veritas probatur argumento hactenus solemni quia videlicet definitio subiecti omni subiecto, et nulli accidenti convenit. definitio vero accidentis omni accidenti, et nulli subiecto: ergo est recta. antecedens inductione probatur nam in primis Deus, qui perfectissima substantia est identificatur cum principio naturali operationum immanentium, videlicet Divinarum personarum, et actuum intellectus, et voluntatis. deinde homo, angelus, equus, ignis, et alia composita physica sunt principia naturalia multorum actuum, et effectuum, qui in ipsis, seu intra ipsa manent. Praeterea etiam lignum licet compositum physicum aliquid ipsum naturaliter producere potest. denique materia prima et unio substantialis, licet nihil producant identificantur tamen inadequate, seu sunt partes et constitutiva physica compositi substantialis, quod est naturale principium operationis immanentis: ergo omnia subiecta, quae novimus sunt adequate scilicet inadequate principium naturale operationis immanentis. e contra vero calor, frigiditas, et alia accidentia nihil ipsa naturaliter producunt ut constat inter nos: ergo definitio subiecti convenit omni subiecto, et nulli accidenti; et definitio accidentis convenit omni accidenti et nulli subiecto. recta igitur est utraque definitio.

Hinc infertur 1°: impossibile esse substantiam, quae non sit principium naturale, seu quod naturaliter non possit producere ipsa aliquid, seu constituere tale principium. praeterea impossibile est accidens, quod ipsum naturaliter possit aliquid producere, scilicet constituere principium tale naturale. ratio utriusque est: quia omnis substantia nobis nota aliquid ipsa producit, scilicet constituit principium producens, et nullum accidens nobis notum id efficit, unde hanc

ēē esse utriusq colligremus, id impositū ē subiecto, quod nō hab
isto subiecto, et impositū ē accidenti, quod nō habet istas acciden
tias; quod ergo infert 2o: ꝑseitatem subiecti ēē ad producendū
natalia, et immanent: alietatem vo accidentis ēē ad produ=
cendū natalia in alio natura, quatenus in se nihil pducere
potest; ergo per se dicitur subiecta, quia in se naturalia producit, a=
ccidens vo dicitur esse in alio, quia non in se; id ad summum
in alio naturaliter producere potest.

finis

*Martirio del I*

Iuang...
to y trei...
isla de C...
*fin-* juntado...
nao, sal...